



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

quot impietati consentiunt cōtra ea quæ dei sunt. Cæci sunt, inquit Christus, & duces cæcorum. Et ita quasi sub honore dei nomen dei blasphematur &c.

Porro.] Heb. Dum Dauid properabat Saulem fugere, Saul & utriusque in modum cornæ &c. Hic nihil aliud uidebatur quàm mors. Sed ita deducit dominus ad inferos & reducit. Petra ista tutissimum præsidium uidebatur, sicut supra de spelunca dictū, unde illi loco nomen Petra erat, qui postea ex hac dei liberatione nomen habuit Petra diuidens, uel petra diuisionis, quæ illic diuiserat deus Saulem à Dauide &c.

## CAPVT XXIIII.

**I**Am ubi nihil omittit Saul & certo se sperat cōprehensurū Dauidem, traditur à deo in manus Dauidis, & uel mutus cogitur etiā cum lachrymis fateri dei manum & Dauidis innocentiam, suamque iniquitatem in utrunque. Ideoque ut solet statim iurat Dauidi fidem, quæ more suo seruat, ut infra uides ca. 26. Subito enim stupore correptus, ubi audiuit se in manu fuisse Dauidis, quem sciebat regnaturum post se, stet, fätetur, iurat, sed poenitentiam hypocriticam fuisse res declarat, de qua supra quãdoque diximus.

Ecce dies.] Ista reuelatio domini alibi nõ legitur. Præscidit. Admirantur prudentes mundi qui ista



fieri potuerint, nempe ut rex incomitatus in spelun-  
cam abiret, ut non sentiret obrepentem Dauidem &  
præterea partem uestis abscindentem, ut postea co-  
gnitum Dauidem non opprimeret, aut saltē ut in gra-  
tiam receptum diutius exulem esse permetteret. Non-  
dum omnem prudentiam carnis peruiderūt qui per  
hec diuina miracula cleuant. Quos queso comites  
desideraret uentrem exoneraturus, ubi spelunca erat  
& nihil periculi timebatur, omnibus seruis ad os spe-  
luncæ obseruantibus? Quid sentiret rex unum Da-  
uidem latentem obrepentem & præscidentem uestis  
particulā, dum interim ante speluncam & supra &  
circūquaq; strepit trium milium equitum armatus ex-  
ercitus? Quid si Saul etiam superiorem uestem inte-  
rim, ut fit, abiecerit longius à se, ut facilius fieri potu-  
isset præcisio à Dauide? id quod tamen non indige-  
mus ut asseramus. Nec mirum si tunc non oppresserit  
Dauidem, qui cum toto suo exercitu in stuporem su-  
bitū uersus erat, q; in morte iam præsentanea fuerat,  
se nesciente, & agnoscebat Dauidem longe se iusti-  
orem, ut uides in textu historie. Qui uero admiratur  
q; diutius exulem Dauidem permiserit, miretur &  
reliqua quæ de Saule scribuntur. Ecce respondimus  
sapientiæ carnis. Ceterum stultum est querere, ut  
hec potuerint fieri, cum in historia & serui Dauidis  
& ipse Saul fateantur hanc esse dei manū, an hic ma-



ius testimonium requirendū erat quā uel ex ore ipsius  
aduersarij? Percussit cor.

Conscientiam facti significat in Dauide. Id quod scri-  
ptura scribit, ut indicet timorē dei in Dauide, qui etiā  
ubi potuisset, noluit contra id agere quod dei ordina-  
tione institutum erat, Ro. 13. Vnde iudicium commisit  
deo &c. Sic sensit, Deus Saulem abiicit, peribit ergo  
ubi deus uoluerit &c.

Ab impijs,

Simile Christus, Non potest arbor mala &c.

Manus ergo, scilicet ne uindicādo fiam & ego  
impius. Inuriam pati nō est impiū, uindicādo autē fie-  
ri potes impius. Scriptura deo iubet uindictā seruari.

Iustior. His oībus & uerbis & iuramento Saul  
suo ore se amplius condemnat, & horrēdo exemplo  
nobis ista impietas, quæ pœnitētiam agere uidetur ut  
Pharao plagatus, proponitur &c.

CAPVT XXV.



**M**iraris q̄ Samueli Saul non manifeste intē-  
tarit malū, de quo ipse Samuel dixit, Au-  
diet rex & interficiet me. Sed uidetur ti-  
muisse populū, apud quem uenerandus propheta ha-  
bitus fuerat uel à puero & deinde sanctus iudex in  
Israël, quin & quanti fecerit uel timore rex Samuele,  
supra declarat historia ca. 15. & infra. 28. ubi in angu-